Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tlxxxviij

295

uisses i tu· Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi· nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis· quia venient dies inte-
et circumdabunt te inimici tui uallo· i circumdabunt te· i co-
angustabunt te undique· i ad terram prstruent te· i filios tuos
qui in te sunt· i non relinquet in te lapidem super lapidem·
eo quod non cognouisti tempus uisitationis tue· Et ingressus
in templum· cepit uendentes ere in illo· et ementes dicens
illis· Scriptum est· quia domus mea domus orationis e·
uos autem fecistis illam spelunca latronum· Et erat docens
quotidie in templo· Dnica xj· Ad Corinthios·
Fratres· Notum uobis facio euangelium quod predicauimus
uobis quod i accepistis· in quo i statis· per quod i saluamini·
qua ratione predicauimus uobis si tenetis nisi frustra
credidistis· Tradidi enim uobis in primis quod et accepi·
quod xpc mortuus est pro peccatis nris· secundum scripturas· i q:
sepultus est· i quia resurrexit tertia die secundum scripturas·
i quia uisus est cephe· i post hec undecim· Deinde uisus e·
plus quam quingentis fratribus simul· ex quibus multi manet
usque adhuc· quidam autem dormierunt· Deinde uisus est iaco-
bo· deinde apls omnibus· Nouissime autem omnium tamquam
abortiuo uisus est i michi· Ego enim sum minimus aplorum
qui non sum dignus uocari apls· quoniam persecutus sum ecclia
dei· Gratia autem dei sum id quod sum· Et gratia eius in me
uacua non fuit· Secundum lucam·
In illo tp· D·d·i· ad quosdam qui in se confidebant tam-
quam iusti· i aspernabant ceteros parabolam istam· Duo
homines ascenderunt in templum· ut orarent· unus phari-
seus i alter publicanus· Pharisseus stans· hec apud se
orabat· Deus· gratias ago tibi· quia non sum sicut ceteri homi